

Nos mire apisevd in Hispanijs, absolvens extremū actū fabulae, quam  
 olim orsus fuerat Louanij: Nec dubito quin et Lutetiae graviter suas,  
 partes egerit cū Belaccis, etiasi nondū suuit certe deprehendere.  
 Quid egerit in Hispania cōpertissimū habeo, tū cōpluriū, tū gravissimorū,  
 hominū consentientibus litteris. quanq̄ ipsa res satis loquitur. Eade  
 est fabula, eadem est actio, quā fuit olim in Brabantia. Primū  
 cōmunicavit suas scrophantias clauū mutiatis talibus mysterijs,  
 praecipue malis monachis. Nūc finget se caesarea lege prohibētū.  
 Sed interim sacer ille liber versatur in manibus monachorū, sed  
 praecipue τοιοῦτοῦ ἔργου. Itaq̄ primus in Erasmi impetus factus  
 est per quendam uexianorū qui est caesari a confessionibus, sanctita-  
 tis opinione suspiciendus. Is aulicorum procerū et caesaris autori-  
 tate utiq̄ cohibitus est. Ab hoc scopulo repercussus estus,  
 vehementius erupit Salamantiae, per Franciscanos, ὑπονοήσας.  
 Res est acta palam miro tumultu, et egre cohibitus sit ab  
 Archiepiscopis et proceribus aulae. Postremo malū idē recruduit  
 Burgis per Dominicanū ausurato cognomine Petrū a victoria.  
 Hic obstantibus principibus oppedere coeperūt, directes. Oportet  
 deo magis obedere q̄ hominibus. Actum de re Christiana, si libri  
 Erasmi versantur in manibus hominū. quoniam adiectū obstabat,  
 quo minus in me debacchari possent in cōcionibus, itū est ad  
 Alphonsum Mauricum Archiep̄m hispalensem, cui principatus est in  
 cognoscendis fidei causis. Illic post ingentes clamores Archiep̄us  
 vetuit ne quicq̄ in me debaccharentur, articulos producerent,  
 ad doctorum cognitionem deferendos, praescriptus dies, res  
 acta solēmiter. Hic cōmodum illis inseruivit liber τοῦ Ἰδίου. Nā  
 illi ventres nūq̄ legissent tantum voluminū. Id eo cōsilio factum  
 est, ut autoritate legitima perpetuū silentium illis de meis  
 libris imponatur. Eo deueniunt res humanae, et homines mūdo  
 mortuos formident sumi principes, et qui cadunt obedientiae votū  
 nec humanis legibus obēperent. Litterae doctorū testatur quāto  
 studio honorū erga me res geratur. Tantū vereor ne per hāc occa-  
 sione nascatur aliquid apud Hispanos tumultus noui, quod adeo noli,  
 ut malim τὴν ἕλθην q̄ sic vincere.

353<sup>1</sup> 452<sup>2</sup>

Erasmus.